Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Samuelis De Cocceji, Henr. Fil. Sacræ Regiae Majestatis Borussicæ Magni Cancellarii, A Consiliis Sanctioribus Status Et Rei Bellicæ, Ordinis Nigræ Aquilæ Equitis Etc. Jus Civile Controversum Ubi ...

Opus Ad Illustrationem Compendii Lauterbachiani ...

Cocceji, Samuel von

Lipsiae, 1766

LIB. XLIII. TIT. XXXIII. De Salviano Interdicto.

urn:nbn:de:gbv:45:1-9050

Visual Library

Qv. V. *An precarium finiatur morte concedentis?*

Laut. pag. 605. verb. *Morte accipientis.*

Negatur, *l. 12. §. 1. h.*

Obst. *L. 4. Locat.* ubi precarii rogatio ita facta, *quoad is, qui eam dediſſet, vellet*, morte ejus, qui dedit, tolli dicitur.

Resp. Tollitur propter clauſulam, quia tunc amplius velle non poteſt, & ſic injuria rem alienam tenet, eaque utitur.

Lib. XLIII. Tit. XXIX.

DE HOMINE LIBERO EXHIBENDO &c.

Qv. *An ei, qui interdicto exhibitorio agere poteſt, detur actio ad exhibendum?*

Vid. *ſupr. tit. Ad exhib. qu. 3.*

Lib. XLIII. Tit. XXXIII.

DE SALVIANO INTERDICTO.

Qv. *An hoc interdictum detur contra tertium poſſeſſorem?*

Neg. Sed tantum contra oppignorantem; quia uterque contendit de poſſeſſione, in pari autem cauſa melior eſt conditio poſſidentis. *Conf. L. 1. C. de Precar.*

Obst. *l. 1. §. 1. h.* ibi: *Singuli adverſus extraneum.*

Resp. Extraneus ibi dicitur omnis extra duos illos creditores: ad exemplum Servianæ vero quaſi Salvianum interdictum eſt introductum, *d. l. 1. §. 1.*

Diſſentit *Fachin. L. 8. qu. 92.*

Lib. XLIV. Tit. I.

DE EXCEPTIONIBUS, PRÆSCRIPTIONIBUS, ET PRÆJUDICIIS.

Qv. I. *Quaenam ratio ſit introductarum exceptionum?*

Laut. pag. 609. verb. *Civiles &c.*

Resp. Exceptiones non ſunt a natura, ſed origo earum eſt ex ſtricto jure Legum XII. Tabb. quod ſæpius pugnabat cum jure naturæ.

Legis-